

P R D



1 2 6 1 8





Vaterhinaus Andreas Moller,  
Grossad. Hal. Sax. M.  
April 1670.

Xn 6 Q





D. D. M. D.  
THESES MEDICÆ.

XIII

*Pro Disputatione σημειωτικῆς prima eaque ge-  
nerali.*

DE SIGNORVM  
DISCRETIONE.

Quarum Patrocinium Ingenij excolendi  
gratia in se suscipere & pro virili defendere  
annitetur,

PRÆSIDE.  
IACOBO COCO PHIL.  
& Medicinæ Doctore,

RESPONDENS  
PAVLVS REINHOLDVS  
Cycneus.

Hora & loco Consuetis.



VVITTEBERGAE,  
Typis Meisnerianis, Anno M. D. CI.



AMPLISSIMIS, CLARISSIMIS,  
& Prudentissimis Viris,

*Dn. ENGELHARDO FORSTMANN;*  
*Dn. M. CHRISTOPHORO FABRO,*  
*Coss. atq; ceteris Senatoribus Inclutæ Reipub.*  
*Zvicaviensis. Mecenatibus, Fautoribus,*  
*atq; Patronis suis plurimum*  
*colendis.*

NEC NON  
Humanissimo, Præstantissimo, & Doctis-  
simo viro

*Dn. CASPARO HORN. Medicina*  
*Doctore, Amico & fautori suo integerrimo*  
*& plurimum tribuendo.*

Hasce de signis Positiones in observantiæ  
monumentum, & gratitudinis  
testimonium.

*Dedicat, & Offert.*

*Paulus Reinholdus,*  
*Respondens.*





Quaestio oritur Num & dignis oia egrotis capienda: et num periculum mor-  
talis magnitudo illis sit patefaciendum: Oportet i. Cui distincte loquamur. Ma-  
gnum periculum patefacere si ceteris inobediens: si scitis nō, qd. qd. mortem timet mor-  
talem explicandum: Aut si publica qdam expedienda, q. semp. privatis antepo-  
nente aequa mortem indiget. De astantibus eadem sit rō. Horat. Epigr. 1.



Hipp. de off. Med. in princ. in Methodo semiotica agnoscente ut oes res utiles & p. n.  
Galy in com. de sig. loci. Partis semioticae unice grate positum e, oia similia & dissimilia.  
Hipp. 1. Prugn. s. Medicinae pars de signis circa oia similia & dissimilia versatur. et in com.  
idem textu Galy subiungit. Non n. solum pars de signis, sed etiam agendor. indicatio ab his  
libris & dissimilibus indicatur

Galy in lib. art. med. c. 7. dividit signa in salubria, q. sanitatem ostendunt. Insalubria q.  
in tūdinem signat. & Neutra q. neutram constitutionem demonstrant. quor. in parte  
sub sanitate pot. comprehendij & eisdem qualis imperfectae sanitatis.

Signa anamnestica esse ab alijs hisq. deq. habeantur, tū plurimum confes-  
santur in iuriae teste Galy 4. M. M. 3. q. nimir. scire quaeit medicor. antegressa  
his a. d. hia sit attentij. 1. Ad inquisitionem astantium diligentem. 2. Ad  
causam constitutionem. 3. Cas indagat morbi. Vel q. fuerit, vel offerat  
q. alij accesserit. vel excretiones & retentiones.  
unde tū etiam p. tentia agnos. si dignis p. sentibus, unde facile avaritiam  
hominis subijcere possunt.



D. D. M. D.  
 PRO DISPUTATIONE GENERALI DE EA MEDICINAE  
 parte, quæ σημεωτική.



In omni seculorum ævo partem Medicinæ  
 eam quæ σημεωτική plurimum celebratam, cer-  
 tum. Equidem hæc an manus admovendæ, an  
 æger DEO & Prognostico relinquendus: mor-  
 borum tempora, & quæ quo tempore & modo  
 exhibenda, monet: nec non quæ præsentia inculcat: quæ  
 præterita in memoriam revocat: & quæ futura certo sugge-  
 rit. Hujus ergo partis, cujus utilitas summa, & dignitas ma-  
 xima, indolem, eamq; generalem collationi hac vice subij-  
 cere lubet.

I.

Est vero σημεωτική ea Medicinæ pars, quæ signis occu-  
 patur, seu indicia de integra vel adversa valetudine demon-  
 strat. Galen. 3. Prognost. com. 1.

Quid ση-  
 μεωτική.

II.

Signum vero communiter receptum est, quod rem ali-  
 quam significat; vel probabiliter, græce σημεῖον, quod signū  
 speciatim appellatur: vel necessario quod indicium τεκμήριον:  
 Illud enim sola observatione, hoc demonstratione certum,  
 colligitur. Gal. 1. Prognost. comment. 41. Avicen. Fen. 3. lib. 2. c. 31.

Quid Signū  
 speciatim.

III.

Quæq; autem signa vel insalubria vel salubria æstima-  
 mus. Insalubria quæ adversam corporis rationem exponunt,  
 vel per se, ut διαγνώσικα & προγνώσικα: vel per accidens, ut  
 αναμνήσικα.

Divisio.

IIII.

Διαγνώσικα demonstrativa sunt quæ præsentia aperiunt:  
 & horum alia propriè παθογνώμικα: alia assistentia συνε-  
 δρέοντα seu ἐπιγεγόμενα, & ἐπιφανόμενα.

Διαγνώ-  
 σικα

V.

παθογνώμικα sunt, quæ morbi indolem declarant, adeoq; παθογνώ-

A 2

cum μικα.



eum illo apparent & desinunt : suntq; morbi certum & necessarium consecretarium, ut in Pleuritide febris acuta, tussis, spirandi difficultas, & lateris punctio.

VI.

ἐπιγενο-  
μενα.

ἐπιγενομένα & συνεδρεύοντα sunt, quæ morem quoq; morbi aperiunt, sed non necessario cum morbo sunt conjuncta, ut delirium in Pleuritide, quod ab hac propagatur, undè ἐπιγενέσεις quæ est propagatio seu disseminatio novi mali, priori superstitite, ut si Melancholia in Epilepsiam abeat & illa permaneat. Gal. in art. parv. 1. c. 6.

ἐπιγενέσεις

VII.

μετάπρω-  
σεις.

Eapropter ἐπιγενέσεις & μετάπρωσεις discretu faciles : Hac enim humor priore relicta sede, aliam occupat modo gemino, vel per διαδοχὴν, vel μετὰσάσιν; illa quando materia à nobili ad ignobilem, ab interna ad externam defluit partem, bonis ægri rebus : hæc, contra rebus ægri pessimis.

VIII.

ἐπιφανό-  
μενα.

ἐπιφανόμενα sunt quæ non simul cum morbo incipiunt, sed subinde apparent, coctionis & cruditatis signa, quæ ab excretis alvi, vesicæ & oris ut plurimum colliguntur. Hipp. 2. Ep dem 3.

IX.

Signis vero ritè observatis, sedes affecta, morbus & demum causa quæ vel conjuncta vel antecedens, innotescit.

X.

De sede  
affecta.  
5.  
I.

Sedem affectam teste Gal. de loc. aff. lib. 2. quinq; aperiunt. Primum sunt ἐνέργειαι βεβλημμέναι actiones læsæ. Cum enim facultas membro ut instrumento utatur, actio illius læsa, hoc læsum & affectum testatur.

XI.

Actiones autem triplices, Animales, Vitales, & Naturales, quarum natura quæq; sedem offensam arguit.

XII.


Animalis eaq; princeps læsa & quidem sensus communis, priorem cerebri partem, Phantasia mediam & memoria post-



Quia morborum signa sunt signa Pathognomonica, et a morbo ut umbra  
a corpore separari nequeunt.

Hae signa in se morem morbi loquuntur, et apparent triplici Idia ac  
facultate: Ad coctionem vel cruditatem: salutem aut mortem: Ad tempus aut spem  
futuræ Crisis. Henr. lib. xi. Inst. Med. p. 276.







posticam esse læsam arguunt, quamvis pauci dissentiant? qui facultates sede minus seclusas arbitrantur *Avicen. fen. 1. lib. 1. d. 6. c. 5. Gal. 4. l. aff. c. 2. & de Sympt. diff. c. 3.*

XIII.

Motus seu κινητικὴ actio animalis offensa cum beneficio nervorum qui musculis inserti utuntur, hoc vel horum principio, modo ex toto, modo ex parte, ad differentiam læsi motus affecta necessariò evincit, sicuti externorum sensuum læsio, instrumentum proprium affectum convincunt. Visione enim læsa, oculum cognoscimus læsum.

XIII.

Pulsus actio vitalis modo quocunq; à naturali habitu discedens cor laborare innuit: cui & respirationem, quæ actio mixta, accensendam æstimamus. Hæc enim vel cor si pulsus consenserint, vel motus instrumenta affecta, arguit. *Gal. lib. 2. de puls. & 2. de respirat. c. 4.*

XV.

Demùm naturalis actio in nutritione est. Nam χύλωσις vitiati ventriculi, & αϊμάτωσις Epatis affecti signum est certum. Iudicium sit idem de retentione, attractione & expulsionem, nec non assimilatione & unione. *Gal. 2. fac. natural. c. 2.*

XVI.

Altera origo, ex qua sedes affecta patet, est excretum, modo quocunq; ejectum observatur. Hoc vero vel in parte, vel in contentis: Pars συμφορομένη, & ἐπιφορομένη.

XVII.

Συμφορομένη (ut voce hac utamur) est membrorum particul'a, decisa & destricta, quæ læsionem certò notat: Nam cartilago per tussim ejecta asperæ arteriæ: In dysenteria membrana vel tenuis vel crassa, intestinorum vel tenuium vel crassorum: Ramentum per vomitum, ventriculi: Carunculæ per urinam vesicæ, & Renum: Sanguis per tussim, pulmonum læsionem manifestè significant. *Gal. 2. Aphor. 76. & 3. l. aff.*

XVIII.

Ἐπιφορομένη est, quando ex partibus humani corporis aliquid procreatur, illudq; adhæret, & demùm decisum eicitur, cuiusmodi fungi qui meningi annexi, ut *Gal. 3. Epid. som. 3. b. 34. refert.*



XIX.

Contentum, idq; secundum naturam est Spiritus qui pervulnus thoracis efflatus, pleuram laesam convincit; ut cerebri portio eiecta, ruptas meninges: P. n. calculus in vesica & renibus, pus in thorace, & sanguis, &c.

XX.

3. Tertium sedis affectæ signum est *Δέρη* positus seu situs. Tumor enim in hypochondrio dextro Epar: in sinistro lienem notat. Cum situ vero hoc, partim excretum, partim dolorem conjungendum meminerimus. Hæc enim consociata felicius affectam detegunt partem.

XXI.

4. Quartum signum est dolor, qui vel simpliciter vel cum positu consideratur. Simpliciter consideratus indole sua sedem aperit. Gal. 2. & l. aff. c. 7. & 8.

XXII.

Nam dolor pungitivus, membranam: frangitivus *πρηόσση*: tensivus seu convulsivus nervum & tendinem: Laxativus seu lacerativus muscolum & nervum: Gravativus, viscera, Epar, lienem, Pulmones, cerebrum: Pulsativus arterias, & demum stupidus, dentes affectos certò innuit.

XXIII.

Conjunctus dolor cum positu in Epate, rene, ventriculo & alijs observatur. Sub pectore enim circa os *ἔμφραδ' ἐγ'* dolor, orificium ventriculi læsum signum est indubium.

XXIII.

5. Deniq; ultimum de sede affecta indicium est proprium, seu *ὀκείον σὺμπτῶμα*. Cum enim vernacula, & familiaria sint certis saltem partibus, harum affectarum notionē indubitato suggerunt. Phrenitis enim & Apoplexia cerebro dum competunt: suffusio oculis, & nausea ventriculo, horum in illis Idea clarescit.


XXV.

In hac ergo parte affecta cognoscenda summa adhibenda diligentia, quam Gal. lib. 6. de affect. dum copiosius de hisce agit, haud tacite videtur commendare.

XXVI.

Nec







in sit incipiendum numerari dubitatur. Aët. lib. s. c. s. censet numerum duntaxat  
quo sensibilibus laeduntur actiones, & quod aeger indiget decubitu, licet oedem  
occumbat. Multi n. in primis morbis a sicuti licet decubitu egeant, o tū decumbunt.  
nis i. principij in gre fatuorū ē qū concoltio absoluta manifesta: speciatim v.  
ad dūc tendum. 1. Morbi nū. 2. Anni tempore 3. Nā aegri. 4. Regionem.  
videtur antequam  
causā oritur In res morbi eadem tempora obtineant. Distinguit Heurnig  
morbos salubres & letales



Nec non an pars primario vel secundario affecta dispi-  
endum. Equidem primario pars affecta ἰδίου πάθος habet,  
mala continua, graviora, & plura Symptomata: Secundario  
verò σλέσι obtinet & Symptomata leviora, pauciora, exa-  
cerbantur & mitescunt, ad incrementum & decrementum il-  
lorum quæ in fonte primo observantur. Gal. 4. l. aff. 6.

XXVII.

Circa morbum sunt signa quæ speciem & huius tempora De morbo  
notant: species morbi vel sensibus absolute, ut in externis:  
vel sensibus & mentis opella in internis indaganda. Gal. 1.  
l. aff. 1. & de arte med. c. 54.

XXVIII.

Equidem sunt quæ intemperiem calidam, f. h. & siccam,  
vel conjunctam: quæ morbum totius substantiæ; quæ in dis-  
similibus partibus; in figura: meatu: &c. quæ simplices &  
compositos arguunt, ut in specialibus singula expendenda si-  
gna.

XXIX.

Generatim verò hîc Symptomata tactilia, visilia, gusta-  
bilia, olfactilia, & audibilia: actiones: & excreta, nec non  
ea quæ juvant vel profunt, plurimum significare memineri-  
mus.

XXX.

Tempus morbi est huius ætas, quæ successione vicissi-  
tudine & progressu in alium subinde mutatur morem. Ideo  
huius quæ necessitas, obvia cuiq; Hipp. 2. Aph. 29. Et 1. Aph. 24.

XXXI.

Hoc verò duplex, Universale & particulare. Universale  
καίρον ὅλα τῶ νοσήματῶ quod singulis inest morbis, & ac-  
cessionibus accommodatur. Et hoc quadruplex, Principiū,  
Augmentum, vigor, & declinatio.

XXXII.

Principium, primus morbi insultus: patetq; conditio &  
finis huius ex morbi natura: Calidi enim morbi brevius ha-  
bent principium: Frigidi contra: Ex partibus anni modo  
eodem. 2. Aph. 25. nec non concoctione apparente. Gal in lib.  
de morb. temp. Augmentum ἀνάστασις, quando vires subinde ac-  
quirit. Gal. 1. aph. 12. com. Vigor ἀκμή, quando omnia sibi  
similia, & in eodem persistunt statu. Ideo hoc ægri intereunt.

A 4

Declinatio

Tempus morbi.

De tempore morbi.

Principium et accessio  
tempus ut longum vel breve  
Galienus 9. p. 100. c.



Declinatio παρακμῆ, quando remittunt quævis. Hipp. 2. Epid.  
sect. 2. Aph. 45.

XXXIII.

Particulare tempus, est periodus intensio-  
nis tempus. Ideò paroxysmum & typum comprehendere  
videtur. Paroxysmus latinis accessio, est tempus deterius,  
quod ab invasione ad remissionem existit. Typus vero ordo  
remissionis & intensio sub periodo: & hic vel consistens  
quando eadem hora fit accessio: mobilis contra, quando vel  
anticipat vel postponit: vel primus quando brevis accessio,  
& longa remissio: secundus, ubi contra, Paroxysmus demum  
quiq; sua universalia tempora obtinet quatuor, ut in febre  
cernere est. Gal. 1. ad Glau. 11.

XXXIII.

De causa.

Causa demum morbi eaq; antecedens & conjuncta iisdem  
investiganda. Plurimum vero Symptomata, quæ vel qualitas  
simplex vel dolor, & excreta, nec non rerum non naturali-  
um consideratio arguunt.

XXXV.

Speciatim verò sua habet Plethora signa & Cacoehymia.  
Inter alia autem Plethoræ signa, quæ magis evidentia,  
minimeq; fallunt, sunt, mens hebes, sensus tardus, somnus  
gravior & diuturnior, visa somniorum rubra: pulsus magnus  
& plenus, & vehemens, nisi facultas opprimatur: Cutis ru-  
bicunda, calida, lenis, venæ apparentes, & quasi turgidæ, si  
Plethora ad vasa. &c. Gal. de plenitud. lib. c. 1. 2. de temperament. c. 4.  
1. Aph. com 2.

XXXVI.

Cacoehymia eaq; pituitosa mens & sensus magis stupidi:  
somnia multa, nisi pituita adeò cruda est, ut nulli ex ea ele-  
vetur pro somno vapores utiles: pulsus languidus: cutis alba,  
& frigidior, excreta cruda potissimum omnia. &c. Gal. de ple-  
nit. c. ult. 9. M. M. 3.

XXXVII.

Biliofa cacoehymia sensum habet acrem, vigilias mul-  
tas, insomnia nigra de incendijs & flammis, pulsus velocem,  
frequentem & magnum, nisi cordis vires debilitantur: cor-  
rum-



Veni in declinatione morbi moritur teste Galeno s. d. dicitur  
quodam de declinatione Universalis. Et quodam mori ager in declinatione, s. nimirum  
in omnia sunt soluta & debilitata.

Periodus in Paroxysmum & Arcum: huius seu remissio est tempus quietis, vel part  
a fine ad initium accessions: aliis gratias res & magis sunt appellatur.

Quing typus est in in periodo huius accessio brevis remissio longa: typus utq ubi brevis rem  
longa accessio.

Hec plerumque sunt signa Plethorae impurae, quae duplex plethora, sincera sive p  
lig sanguinis: sive omnium factorum aquabilis est redundantia. et haec item  
altera supra vires, & altera absoluta de quibus Fernel. l. d. Impura Plethora  
quaebita cuspis sanguinis redundantia, sive biliosos, pituitosos aut Melancholicos  
flatulentos, aut atr in quibus, statuitur. Fernel.



in Arte Med. c. 7. auctore, Veteres nomine ἡποκρυσταλλῶν, tum praesentia tum futura  
significari posse tradiderunt. Iudicare enim & prognoscere sunt idem.

dimenta quo minus Medicus certum tempus vel horam certam statuere possit  
causis vel mortis potissimum sunt. 1. culpa Medici ipsiusque inscitia dum ea exhibet  
contraria. 2. error aegroti, qui non de aetate & consiliis Medici parat. 3. Negligentia  
ambulans. 4. Fortuita multa, praesertim externa incommoda.

potest in eorum praedictis mortis quae rejeta naturae ingenium nos latet. Signa  
solentem & diligentem etiam Medicum quae fallant. Regulae. V. dicitur  
morbis in quibus accessiones competunt, illa hora est mortis, quae paroxysmi  
pars in symptomata seuior & vesementior. II. Si morbus accessio  
vacet, consideranda est humoris delinquentis natura, ea enim hora est quae  
moveri incipit.



rumpuntur facile quæ in ventriculo per fastidium: sicim: Co-  
lorem cutis flavescentem, & validiorem, linguam amarore  
infectam: excreta biliosa, &c. Gal. d. plenitud. 10. & art. parv.  
cap. 62.

XXXVIII.

Deniq; in Melancholia sunt mentis vigor, nisi nimia  
copia obruatur, unde delirium: somnus brevis & difficilis:  
insomnia de rebus magnis: pulsus parvus & tardus: appeti-  
tus nullus: color fuscus subnigricans: cutis durior: excreta  
tenuia & cruda, &c. Gal. 3. l. a c. 7. 6. Aph. 23. & de plenitud. c. 11.

XXXIX.

Flatus vero qui cacochymia à nonnullis subjicitur, signa  
sunt, dolor à distensione: palpitatio: insomnia caliginosa:  
locus densus & durior sed facile cedens: in urina bullæ co-  
piofiores &c. Gal. 14. M. M. 7. 7. Aph. com. 35.

XL.

PROGNOSTICA sunt quæ futura prædicunt, unde  
horum dignitas longè excellentior. Hæc verò etsi eandem  
certitudinem non habeant: tamen coniuncta minimè fallunt.  
Gal. com. 3. in 1. proverb. t. 25. Hipp. 2 Prognost. 55. Et 3. Prognost. 42.

XLI.

QV AEDAM vero ex Prognosticis eventum: quædam  
huius tempus: quædam modum paulatim vel subito cū pugna  
vel sine hac per expulsionem, vel translationem, nec non vi-  
am aperiunt, de quibus singulis in generalibus hisce non di-  
squirendum.

XLII.

An vero dies & hora mortis præcognosci queat, diu con-  
troversum: Multi vero affirmant, vel maximè si Medicus di-  
ligenter morbum, huiusq; accessiones graviores, & natura-  
les vires conferat.

XLIII.

Dictorum autem signorum omnium, ratione significati,  
vel bona vel mala: vel lethalia, vel salubria: Et quæq; horum  
vel simpliciter, vel aliquo modo: Et alia iudicatoria seu κρι-  
σιμα signa, quæ subitanam mutationem & turbationem o-  
stendunt. κρισις enim certamen naturæ & morbi, cum repen-  
tina fit mutatio, ad melius vel deterius. Horum demum signo-  
rum, alia signa tantum, alia signa & causas: alia speciem, alia  
tempus mutationis significant.

A 5

44. Salu-

humpi  
m.  
possit  
exhibet  
Nepli  
signa  
v. d. n. a  
aroy  
accessi  
at qua

Sanct  
Fetuel  
Bog  
Hic  
Hic  
Lix  
fere  
Crisis





Salubria signa, quæ valetudinem arguunt secundam. Generatim verò teste Galeno, 1. d. diff. mo. b. c. 1. unusquisq; se sanum arbitrari debet, quando partium corporis adminiculo muneribus ad vitam necessarijs citra noxam fungi possit. Alia vero temperamentum totius, alia partium arguunt.

*Et hæc in genere de signis.*

AD PAVLVM REINHOLDVM

Ciccaviensem, Amicum suum intimum.

**P**AVLVS ut pulcro genitus parente est,  
 Ut fidem Docti solidam Magistri,  
 Sentit: Hic agros amat ut celebres,  
 Levcoris almæ.

Pluribus major mihi PAVLVS impar:  
 Tanta non, quamvis, sequerer, subindè  
 Mille Doctorum quaterem tenello

Pollice Scripta.

Ille ceu, quærens, apis, omne mella  
 Per nemus; quid? continuus per annum hunc  
 In suis mansit studijs: caputquè

Posuit altè.

Ille Cygnea neq; tum Parenti  
 Vrbe mentitus, neq; disciplinæ,  
 Ille nec famam violavit: Arte

Munijt ædes.

Captat hem magnum: quid? egone dicam?  
 Nescios fari pueros, puellas,  
 Et senes: morbos etiam latentes

Inspicit horum.


Mira



subna signa sunt, ubi nihil de morbo, de ea morbo vel symptomate patet  
hunc locum proprie pertinet occupantibus temporamentis.

Similatio morborum. 4. modis patet. 1. ex Actionibus. 2. ex vita & moribus. 3.  
ex pueris, & diligenti Urine consideratione. 4. ex corpore & habitu.







Mira res? mortem Iuvenem vidisse,  
Atq; præstantem ex hominum salutem  
Turpibus morbis. Pretiosiore hunc.

Aere fovete.

Ni tuo cæpto, Medicique, clari  
Iussui rerum DEVS annuisset,  
Haud per hoc tempus breve sic bibissēs

Flumina sacra.

Ergo Phæbi flos, & amor sororum  
PAVLE: qui læto lavis amne crines,  
PATRIAE defende decus celebris

Arte medendi.

Phæbus exilem mihi, Phœbus artem,  
Inclytum nomenq; dabit SOPHIAE:

Læta SELINGO parietq; CLARIS

PATRIBVS orto.

Patriæ tutela tuæ, SENATVS,  
Aere Cygneam decorato prolem

Grata Musarum pede nunc secundo

Castra sequentem.

Ritè TE LARGVM DOMINVM vocabit:

Ritè crescenrem benedictionem

Senties Nummi: Pylijq; longa

Tempora vives.

Gratias nullas referent inertes,

Aedibus sacris tenuemquè fructum

Adferent. Surget Schola sub CELEBRI

CONSVLE FABRO.

*Moris & Amoris ergo*

*accinebat.*

VVolffgangus Pölerus Cygneus.

Philos. Candidatus.

Aliud



*ALIVD ad Eundem.*

**C**Armine perpetuum celebrem te, PAVLE, suavi  
REINHOLDE, ô animi chara favilla mei.  
Metra silent quando laudem, quin scripta recantent  
Disquirenda tibi, non dubitabit homo.  
Musa refert felix fati, & dum signa salutis,  
Non studijs dêerunt præmia digna tuis.  
Et licet indicijs mortis nil durius unquam,  
Longa tamen certas ars dedit alma notas.  
Quid quod, sollicitant multi, præfagia fallunt:  
In promptu causa est mens vacat arte bonâ.  
Hæc oculis hominum nebulas abstergit, & illos  
Sejuncta à falsis cernere vera docet.  
Dum potes, hem venare tibi Prognostica vera,  
Ut studij valeas commoditate frui.  
Quod si in vere tuo benè ponderaveris artem,  
Larga tibi Autumnus lucra referre valet.

*Johannes Bohemus Cygneus Amicus tuus.*

**FINIS.**






Avicenna. lib. 4. Can. Fen. 2. Tr. 1. p. 79 de reliq.  
 Gal. de Crisib. & in Com. in Aq.  
 Hipp. de Prognostica & Predictiones.  
 And. Laur. de Crisib. Tracastorij de Crisib.  
 Vich Vilig. Fallopij.


Tabella exhibens Considerationem Synopsin temporis Medicij.

A.



Aduar. 2. M. M. 2. 3. 4.  
 Celso lib. 2. de Re med. c. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.





Simpt, intempies nuda  
cum Ma.

Simpt, erit in membranis.  
Tensio, in Nervis.  
Calida & frigida mor dentem dolorem edunt:  
Illa se. haec p accidens, dum colorem inget.  
Frigida ma esse stuperioris unde dolorem  
infert, ut in dentibus aliq.

Sicca exasperat tem dolorem, ut in laucedine.  
Ab humore bilioso acis & stimulant.  
A Melancholico hebetus.

1. A pituita & flaki itidem, nisi quod vehemen-  
ter distendant.
2. A nra & partis simul punctanem sse, ut ma-  
teria in loco angusto facit compressuram.  
Copia Quam in loco angusto, contrahitur  
ut in Curcule.
3. Flaky extensuram.

7. In parte aliqua q di sensu acipita, ulcera,  
suis dolor.  
8. In toto, scilicet in toto, q duplax.  
9. In toto, scilicet in toto, q duplax.  
10. In toto, scilicet in toto, q duplax.

In genere  
In specie.

Materia de qua.

Alig mo dolor de 1 3.

1. Rubor à sanguine
2. Albor à pituita.
3. Flavore à bile.
4. Livor ab atra.

Symptome q dat ei ex.

Spes: An dolor sit.

Gusto: Amaro à bile. Salto



I. In parte superior q di sensu accipit, ulcera,

II. In parte inferior q di sensu accipit, ulcera,

III. Sicut dolorem vel huiusmodi notat

Labiosa à labore & consuetudine mortuosa q 3 & 4 sensum in membris phlegmonosa.

Spes: An dolor sit.

Gustus: Amarus à bile: Salus ab assata pituita.

Olfactus: Odor q vel in toto vel ore q ventriculo si viciū notat.

Auditū: Murrina.

Acciones: } Animales. } depravate.  
                  } Vitales. } nimis diminute.  
                  } Naturales } Abolite.

1. An solennis evacuatio suppressa, Menfes, Urina.

Excrementa: Ubi quæren dūm.

2. An aliquid præter naturam efficitur, cuius consideranda sunt.

\* Substantia: Ar sanguis  
Qualitas: } Figura.  
                  } in. } Colore.  
Quantitas & tempus.  
Modus exercendi.





Alia temp, diem, & celeritatem Crisis p[ro]nunciant, eiusmodi s[un]t Coctionis & lenitatis signa.

Antecedentia duor[um] gener[um].

Alia spem Crisis indicat s[un]t.

Excretionem, s[un]t Sudor, vomitus, diarrhoea, Urina p[er]fluvium.

Spes s[un]t. Sanguinis fluxus, Nares, Vomitus, Haemorrhoidas.

Abscessum.

Qual. ut Coctus & peccans humor vacuetur.

Quant. ut nec paucus, nec copiosus.

Temp[us]: dies Critici.

Excernendi modus.

Comitata ipse ca[us]a sunt Critice.

Excretio, q[ua] ut commode fiat & requiruntur.

Abscessus q[ui] legitime sit defini[er]e.

Deorsum, procul, raris s[un]t, s[un]t dignitate.

Consequentia petuntur.

Qualitate corporis: s[un]t Figura, Colore, Mole.

Actionibus: s[un]t Nali, Vitali, Animal.

Excrementis: Urinis, Cojectionibus.

### Tabula de signis Coactionis

Substa ad q[ui] refer[untur].

Longa uis uis Cr. Crassa.

Spissitatem hinc Urina. Perspicua q[ui] uis aries penetrat.

Turbida s[un]t Turbida s[un]t Aut clara mingitur, deinde turbatur coctionis nidimentum arguit.

Liquor in quo haec spectanda.

Aut turbata mingitur & mox fit limida, signum vitæ n[on] est.

Aut turbata mingitur & manet, lorum capitis, delirium, mortem minah.

Extremi Albus. Sine febre nihil lethale p[ro]fert. Cum feb. arguit hepatitis incendiium, translationem bilis, & caloris imbecillitate.

Colores autem sunt. Niger ta. Graues arguit aut incendiium aut extinctionem.

Medij sunt Viridis, coeruleus p[ro]bet.

Contentum vide B.

B.  
 Confertim  
 in v[est]r[is]  
 Cr.  
 Excret  
 tur.





is signa  
 huiusmodi  
 B.  
 confectio  
 in v.  
 cas.  
 aut de vna  
 subtra tripla  
 p. variis  
 et statim solet.  
 Ab aliis  
 veniens, scil.

Salutaris, et nota est  
 et n. esse.

Hypostasis  
 in uno sub  
 sidet, ea dupl.

Lethalis, q. es. F.

Emorema in medio propedit.  
 rubis summa facie innatant.

Ab universo corpore:  
 Hinc contentum

Ab aliqua parte

Lavis & sibi coherens, ut ma bonitatem indicet.  
 Aequalis seu similis. Moderate crassa ut calor im  
 Nigra incendio, extinctione.

Altera. In colore cum vno nigra, mo rubra.  
 Inaequalis. In figura nunc rotunda, nunc divulsa  
 In consistencia, nunc crassa nunc tenu

Pinguis, Oleaceum, Pultaceum,  
 Laminatum, Cruosum.

Hepate, Liene,  
 Renibus, Vesica.

Liquefaciens, i  
 ota, pultacea  
 Correfaciens q  
 cili, pili.  
 Pubefaciens a  
 pum lente.

Tabula de signis future excretionis ex eod. lib. 1.

Universalia que ex  
 petuntur ex.

Excretionis fu  
 ture signa st.

Particularia.

Speciemorbi Calidi q excretionem iudicantur.  
 Frigidit p abscessu.  
 Motu Acuti p excretionem.  
 Diuturni p abscessiones  
 Parte affecta. Hepatis. Convexa: haemorrhagia, Urinae  
 Cava. Vomitu, albi fluxu, &  
 Cerebri inflammationes haemorrhagia solvunt  
 Ventriculi & Mesenterij, Vomitu, Alvi  
 Aegrotatis na. In venibus haemorrhagia,  
 Senibus dysenteria contingere solet.  
 Haemorrhagia. Rubor faciei, Capitis & colli dolor,  
 Arteria temporum micantes: Hypochondr  
 iax, Oculi caligantes.  
 Sudoris. Urinae suppressio ob translationem feri,  
 Rigor vellicato palmicilo. Pulsu Un dofo  
 Vomitus. Cordis morbi, Nausea, spatio frequens.  
 Loris amaror. Labii inferioris palpitatio.  
 Diarhaea. Stucty, Flatu, Ventris inflatio,  
 Lumborum dolor.  
 Menstrui & Urinae pluvij signa ex reliquis excretionum pri





n Comitantia de  
ca & spes crisi  
die sunt.

Secretio q ut salubris sit,  
quatuor requiruntur.

1. equal. laui dabilis, ut colly humor & perennis vacuetur.

2. euant. moderata. Na Exigua damnatur. Substilla sanguinis  
si catinabile. Romi ty pignij.

3. Tempus die critico. Immo diebus diebus contingat. Si alijs diebus contingat, suspecta resolent.

4. Excernendi modus. Fiat confertim, & sensim & paulatim  
in hac spectanda. Na. Fiat plora confertim. Scorsim sit loco  
ut a. id fut 3 requiruntur. Scorsim habeat

Abscessus ut legitimus sit  
tria spectanda.

1. Quo pars in qe decurrit. Ignobilior. Remota ab affe  
bit, q de esse. Notig ma morbificae capax, aliq

2. Unde a qua parte fiat, dextra ne an sinistra, et  
lito itm relitidinem.

3. Quod num fiat colto a na morbo, aut eadem irritata. Nam  
culo existente morbo fiat prax, erit abscessus.

tabula comprehendens signa consequentia Crisin

Qualitate, quantitate, figura, mole. Si facies bene sit colorata, salubris excretio.  
Si color lividus, utrinus, niger, symptomatica.

Naturalis. Si repente detumescat facies, q pig intumescat, effectus Cris.  
Si turpidula maneat piculum e relapsus.

Animalis. Si bene ingerit, digerit, egerit, relapsus e sube piculum.  
Si fastidiat cibos, ni daz acibi, sitis, hypochondrior. tedia  
remanserint, metuentis e relapsus.

Excrementis. Vitalis lucet. Pulsu qsi equalis & remissior sit effectam indicat Crisin  
Respiratione facili. Colore sanor. Simili.  
Colore tempato.

Animalis. Sensitiva si sensus integerrimi, & somno placido sit, nec  
turbulento, effecta fuit Crisis.  
Motrix si belle decumbat in alterutrum latus.  
Princeps, si mens tranquilla sit

Urinis quae. Si sanor. Similes sunt, testat Crisin salutarem.  
Si tenues appareant, aut rubrae, relapsum minantur

in la die. oium diffas Comprehon Lex.

1. Alij sunt vere effecti Crisi, principes. Sunt aut Radicales, ei ymodi sunt tunc f. 7. 14. 21.  
2. Alij sunt indices, seu contemplabiles, q Crisin septenario futuram ju dicant, solent q in illis  
lis signa coltionis apparere. Tres tm ft, q tres septimana. Quartus tunc indicat  
si nihil magnum & rarum supervenit. Undecimus, in die e quarti decimi, 17mo, Romij.

3. Alij ft incidentes, in calores, q in principes incidunt, & illis diebus contingunt  
Crisis irritata na fiunt. Sunt q. hi. In prima septimana 3 diebus & 4. in 2da q. & 13 In 3tia, 19.

4. Alij sunt varij & medicinales, q nec ju dicant, nec indicant, nec provocant, & illis  
Cathartica tuto exhibere pt Medicij. Tales ft. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.

Hec ex Laurentio Tabella.  
sequuntur D. Corj.



Qualia ex qbus signa peti  
da: ut vero duplicia.

Simplicia seu prima ex.

Retiana vel consequentia ex.

Subiectum. q morbi acuti; q celeriter moventur.

Colore q sequitur temperamentum.  
Charactere & mole, q habitus corporis.

Excrementis Naturalibus.  
Actionibus Vitalibus  
Animalibus q ptime

Bonasi  
1. Similitudo in colore, caractere.  
2. Similitudo in colore, caractere.

Facie de qua  
signal.

Mala ex qbus  
facies cadu  
versa.

Signa q

In caractere.

In colore q

In dicitur con  
ditio.

1. In triduo, primo haec  
2. Videas an alia signa  
tem morbi notant, et  
te forma induunt.

3. Si alia si  
gnata consistunt  
de.

4. Si triduum  
elapsa alia in gressu  
lappa facies se d

- 1. Nas
- 2. Ocu
- 3. Ter
- 4. Aus
- 5. vit
- 6. dura

- 1. Pallid
- 2. Nige
- 3. Livid
- 4. plumb

- 1. Ujiliis
- 2. Albi
- 3. Media

Opacibi  
tu de  
q signa  
da.

Bona

Mala

Axiomata de pensione  
gnosi observala.

- 1. In dextro & sinistro.
- 2. Manibus & pedibus pariter
- 3. Corpore soluto nec o tenta
- 4. Similis valentibus.
- 1. Manibus & pedibus & collo multum
- 2. Declivis & delapsus ad pedes.
- 3. Denudatis pedibus sine calore.
- 4. Manibus & pedibus negligenter pped
- 5. Hiante ore dormiens.
- 6. Cruribus multum contractis.
- 7. Crebro residere velle, mixe si vici

de signis  
sunt.

Speciatim, in quibus  
ex pte de.

signis  
sunt.  
Cris  
m.  
fedi  
at  
sit, nec  
ant  
7. 14. 20.  
gimil  
ndicat  
omj.  
ngent  
3tia, 19.  
& illis  
8vg.



Spes ubi st. } Signa saltem } Dolor capitis & colli.  
 } temporum gravitas.  
 } Hallucinationes &c.  
 } Signa & causa } Vomitus: sicut dolores. Urinae copia:  
 } fluxus fluxus haemorrhagia. Vide &c. in Heur. dist. 4. fol. 10.

in deo et in acri  
 ena signa st. qd  
 mpy hifcos apinm  
 i/cv sunt.

In morbo ubi  
 penden da. f

Spes illustranda } exponit  
 } qualitatem, & hoc sunt  
 } vel. 3. &c.

in ubi agripatet.

Spes morbi } 1. Actionibus laesis  
 } q nota ex. } 2. Mutata qualitate  
 } 3. Excrementis.  
 } 4. Dea Paroxysmor  
 } 5. Na aegri & causis

Magnitudo } 1. Ex natura sua.  
 } quae ex. } 2. Ex ferocia seime  
 } litia causis.  
 } 3. Symptomatum ve  
 } nientia.  
 } 4. Ex collatione ad ve  
 } res q parva

Mos qd } 1. Ex malitia. s. bono  
 } tex } vel  
 } 2. Parte affectu. (Malg)

Essentia de  
 qua.

Moty de } 1. Ex p paroxysmum & sym  
 } quo. } ptomata patet.  
 } 2. Moty in his tempore dat  
 } & vigorem hie.  
 } 3. Quo major moty eo cel  
 } rior crisis, nisi tardius  
 } paroxysm.  
 } 4. Si morby paroxysmole  
 } reat, alia signa erunt.  
 } 5. Aequalitas & distantia m  
 } lior.

Parasafe } 1. Si in principe parte ga  
 } ma. } vig malum.  
 } 2. Sed citig crisis fit.


Humor. dos } Cacoehymia.  
 } minaty } Plethora.

Ca qd } Forma.  
 } st. } Materia.  
 } subm, efficiens & reliques onde  
 } Effecty q st Symptomata.  
 } Analogia collatio individuos, ut ex si  
 } militudine spectetur crisis.


1. In corpore cuius e } Character. 2.  
 } 2. In Actionibus } color 1.  
 } bis: } Qualibus } Moles. 3.  
 } Vitalibus.  
 } 3. Excrementis.  
 } 4. Aegri natura.



















































Pla 4367.8. 4

ULB Halle

3

002 370 387



TA-OL

(Titel 16 u'

17 muß


durch Handschriften

abt. erfasst werden


17. 10. 99 J. Ste)

VD17









D. D. M. D.  
THESES MEDICÆ. XIII

*Pro Disputatione σικμεωτικῆς prima eaque generali.*

DE SIGNORVM  
DISCRETIONE.

Quarum Patrocinium Ingenij excolendi  
gratia in se suscipere & pro virili defendere  
annitetur,

PRÆSIDE.  
IACOBO COCO PHIL.  
& Medicinæ Doctore,

RESPONDENS  
PAVLVS REINHOLDVS  
Cycneus.

Hora & loco Consuetis.



VVITTEBERGAE,  
Typis Meisnerianis, Anno M. D. CI.

